

Franckesche Stiftungen zu Halle

Grammatica Telugica.

Schultze, Benjamin

Madras, 1728

Vorwort

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-225228](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-225228)

Ad Lectorem Philotelugum,

3

Grammatices Telugicae rudimenta hic Tibi ex-
hibeo, Amice dilectissime, dum vero hanc linguam
addiscendi rationem monstro, minimè linguam
ipsam me Tibi iam ex asse tradi disse, putes, sed viam
tibi compendiarium ostendendo, duntaxat me indicare
voluisse, Methodum, cujus beneficio tibi linguam Te-
lagicam brevi tempore liceat addiscere, credas, obnixè
velim. Et ut ex vero agam, tibi ingenuè confiteor,
quod mihi nunquam in mentem venerit Grammati-
cam aliquam conscribere, tantum abest, ut ejusmodi in
Lingua Telugica condendi gratià, Tranquebariensium
moenia relinquens, studio ac consilio, Madrastam
sim profectus. Namq; amicis, qui Tranquebaria
sunt, valere iussis, Evangelium Christi et Regnum
Coelorum, linguam Tamulicam loquentibus in littore
Coromandelino ubiq; locorum per sex menses annun-
ciavi, quem ob finem iter hoc ingressus eram.

4
Deinceps, uti ex Diario meo in lingua Germanica
constare potest, redux ego, Tamaloram ac Teluguwando,
rum juventuti, Madrasa Scholarum aliquot menses
antea aperueram, quam mihi prima notio suppeditabatur
linguam Telugicam cogitandi, ac rebus, quae Scholam
Telugicam circumstabant, postulanti bus, necessitas
injungebatur hanc quoque linguam in gratiam juven tu
tis addiscendi. Cum Biblia Tamalica per DEI
auxilium translata essent et omnibus numeris
absoluta ad finem perducerentur, priusquam Tranque
baria relictâ, iter in ditionem Magni Mogulis
ingrediebar, Hortulum Biblicum B. Sebeti in
linguam Tamulicam transcripsi, nec non in itinere
ipso, subcivivas horas huic studio impendens Litu
rgiam Anglicanam Idiome Tamulico condonavi.
His libris, praeter compendia in ejusdem lingua, in
stratus, Madrasam veni, tentaturus in hac urbe, nam
Verbum DEI, ut semen vivum spargendi locus esset.
Veramenimvero via semel iterumque in lingua Tamulica

concionatus eram, cum mox persentirem, Gentiles
 omnes et singulos me non intelligere, quoniam Telu-
 quwandli sapius parem, si non majorem numerum
 auditorum explebant. Hinc mihi nova cura!
 Sicut antea propter discipulos, ut illis ipse precepta tra-
 dere possem, linguam Telugicam discere coepi; sic ad-
 spectus adultorum, cum quibus ex verbo DEI collo-
 quendum erat, me impulit Oracula Divina in Telu-
 gicam Idioma transfundere. Hujusmodi opus,
 quamvis arduum esset et difficillimum, Conscientia
 dictitabat, ratio suadebat et DEUS Ipse precipie-
 bat. Cum igitur ex Instinctu DEI hunc novum
 laborem in me receperim, Quis quoque auxilio mihi
 licuit Novum atque ac Vetus Testamentum in lin-
 guam Telugicam transferre. Quia cum ita se
 habeant, Lector Amice, facile exinde conji cere
 potes, quoniam sit ratio principalis et unica, quod
 Tibi Grammaticam Telugicam concinnare stu-
 duerim. Et ut verbis explicem, si vis legere

et intelligere *Biblia Telugica*, præter alia opuscula, quæ in hac lingua sunt scripta, Tibi *Hodegeta* opus est. Hujus Grammaticæ præcepta, qualiacumque et sint, si haud dedignaris admittere, tibi non parum inesse possunt in manu ductionem: Namque et rationem brevitatis, quæ usque delectat, et perspicuitatis, quæ maxime requiritur, me rite observasse, in toto opusculo deprehendes. Ars tota non plus quam octo Capitibus in universum absolvitur. Ordo, quem cujusvis linguae natura præscribere solet, etiam à nobis in hac Grammatica adhibitus est. Quicumque aliquam linguam discere capit et desiderio tenetur non tantum eam intelligendi et loquendi, sed quoque legendi ac scribendi, ei ante omnia lingua hujus Literæ earumque vis et valor innotescere debent. Hinc primum Caput nostræ Grammaticæ de literis agit, earumque figuras, Characteres et multifariam formationem seu cujusvis literæ Variationem de-

as. scribit et appositâ Pronunciatione, ejus vim et
 ta valorem indicare satagit. Porro Notionem literarum
 ng3 lectio excipit, nam qui prima clementia sibi vel
 tum familiarissima reddiderit, ei cursus natura ipse
 t viam ostendit, has literas conjungere et tentare,
 ta, nam legendi facultate polleat et in serie vim clemen,
 toto totum pronunciando assequi possit. Ut igitur
 n Lector Philo-telugus ad manum habeat, quo suam
 quem diligentiam exercere queat, in ejus gratiam Caput
 a secundum de Lectione et Pronunciatione apposi,
 b mus. In quantum cum literis latinis sine vivâ
 r voce, ullo modo fieri potest, Pronunciationem rectius
 b figurare et Lectori difficultatem, si non omnem,
 ra maximam tamen sublevare adlaboravimus.

Ultra linguam aliquam discendi cupido necessarium
 est, ut sciat nominum genera, numerum et diversor
 casus in omnibus suis flexionibus ac terminatio-
 nibus, ut Lector hac omnia suo ordine invenire

possit, quatuor Declinationes formare placuit :
 Etenim Terminationes omnium Nominum
 in Lingua Telugica, sunt vel a et e, vel am et
 u; vel i; vel di ei si et au. Juxta eorum
 terminationem, ut aliquantam imitemur linguam
 latinam, dispescimus nomina omnia, ita ut a, et
 e, primam: am, et u, secundam: i, tertiam;
 et reliqua, quartam Declinationem significant,
 Præter sex casus ordinarios, undecies Formationem
 casuum in utroque numero instituunt, sed ordine
 semel observato, amplius nihil difficultatis foveat.
 Hæc omnia Caput Tertium distincte exhibet.
 Post Nomina Substantiva sequuntur Adjectiva,
 horum Diversitatem et multiplicem formationem
 Caput Quartum tractare sumit et indicato, quo-
 nam sint numeralia cardinalia et ordinaria
 mox transitur ad Pronomina. Doctrina
 Pronominum non usque adeo difficilis est, ut
 primo aspectu videtur, nam bene observatis, quæ

in usu sunt, reliqua sine aliquo detrimento
 claritatis lingua transmitti possunt, id quod
 Caput Quintum docebit. Nunc Verborum
 ratio habenda est eaq³ Regularium. Non plus
 quam unam Conjugationem adhibuimus, in voce
 Activa Exemplis illustrantibus rem omnem
 ita complavimus, ut probe intelligenti for-
 mam Activam nihil difficultatis residere possit,
 in reliquis. Passiva vox imitatur formationem
 Activam, et si qua alias essent in Activis et
 Passivis, quae normam Regularium ubiq³ retinere
 detrectarent, sub finem Paradigmatum quadam
 Verba subjungimus et ibi ostensis, unde reliqua
 tempora derivantur, facilis via suppeditatur ad
 quavis alia eodem modo formanda. De Verbis
 Anomalis eam adhibuimus curam, ut nihil
 intactum relinquentes, scitu necessaria notandi
 nostram negotiam fecerimus. Quae omnia

Caput Sextum pluribus informare potest. Tandem
 ea tractantur, quae nomine Particularum veniunt,
 ut sunt Praepositiones, Adverbia et Conjunctiones.
 Locum de his dicendorum Caput Septimum sum-
 matim complectitur. Denique Syntaxis sedi-
 tur, regulis et praeceptis, quantum fieri potuit,
 exornata, et uti Caput Octavum, dictis iam, quae
 ad scopum pertinere credebantur, opusculum clau-
 dit. Ultimo annectitur Oratio Dominica,
 Symbolum apostolicum et Caput primum Gene-
 seos. Quae omnia, sicut Grammatica ipsa,
 a principio usque ad finem ubique appositam
 Pronunciatione ita illustrantur et in usum
 Philo-telugi accomodantur, ut Methodus hac
 ipsa facilis multos fautores conciliare promittat.
 Ante omnia autem sit Laus et Gloria Deo
 soli pro omnibus beneficiis in nos collatis!

AA
benedicat Ille etiam huic labori, ut cedant in
Sui Nominis honorem et hominum Salutem
qualiacumq; infirmitas nostra molitur! Adve-
niat regnum Christi nostri et viam Et prapa-
rent, qui ab His partibus stare gloriantur!
Sic rogo, sic supplico!

Dabarn
Madrasse
anno 1728
die 4. Maji.

72 = VI

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to fading and the texture of the paper. Some words are difficult to decipher but appear to be in a historical script.